



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. X. Reliquum partis internae explicatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

RELIQVM PARTIS

INTERNÆ EXPLICATVR.

Cap. X.

RAEDICTI monumenti latera ex lynci orientali constant, socii, Parastada, Cy-matia, tenuiæ, Epistylia, & reliquum ornamentum illi est persimile, quod de cæteris Sacelli partibus insinuauimus. Supra monumentum Zophorus adeſt ex calorite Orientali, cui corona ex Carrariensi marmore adhæret, velut antea diximus. Supra coronam fenestra appetit Arcus gyro circundata, qui hic totus cernitur. A talis fenestræ dextera in ſpatio intra forniciſ curuaturam Heraclij Imperatoris historia proponit ab egregio Artifice egregie depicta; infra quam ſchedula deaurato tectorio formata, hæc verba includit. HERACLIVS AVGVSTVS COSRHOE PROFLIGATO, PERSIS DEVICTIS REGEM DEDIT.

A lœua altera pictura inefſt Narsetis historiam significans, & ſchedula his verbis est impresa. NARSETE M VIRGO DOCET QVOMODO TOTILAM VINCENS, ITALIAM LIBERET A GOTTHIS.

In Arcus apice figura eminet ouatam speciem repreſentans deaurato tectorio conſtructa, in qua Deus ira permoto ſimilis cernitur, & Sanctorum Dominic, atque Francisci precibus ſedatur. In Angulis ex arcubus enatis, vbi inter ſe iunguntur, bini Angeli per dibus nixi ſupra primæ coronæ latus apparet. Super hos ex utraque parte, trianguli ex tectorio deaurato conditi affurgunt. In quorum dextero verſus S. Francifcæ Sacellum Ezechiel eſt pictus, his verbis annotatis. DEVS ISRAEL INGRESSVS EST PER EAM.

In ſinistro Iſaias cum his verbis. ECCE VIRGO CONCIPIET, ET PARIET FILIVM.

Super hos tres Arcus, nimirum Vnum integrum, reliquos verò interfectos, ſecunda coronis locatur vna cum Zophoro, in cuius medio Sacellum ambientis, verborum Apocalypſis pars legitur. ET IN CAPITE EIVS CORONA.

A in A dextra sanctæ Francifcæ Romanæ aedicula collocatur ex varijs, & nobilibus marmoribus, atque picturis decorata, vna cum clathris circumfantibus. In huius altari, tabernaculum adeſt ex illuſtribus lapidibus compactum, atque inaurato ære exornatum; in quo eiusdem sanctæ, reliquie alſeruantur. Hanc organi chorus ſupereminet. Parastada Aediculam comprehendentes, & reliqua ad ipsas ſpectantia ex eadem materia atque modulo constant, quæ antea tradidimus. Super primam coronidem, in interfecti arcus medio, quadratum inefſt opere tectorio deaurato, explicatis persimile, & Leonis Armenij historiam continet in ſacario interfecti, his verbis in ſchedula delineatis rem expiſtibus. DEIPARA ZENAT. tom. 3. MATRI LEONIS IMPERATORIS AR-MENI OSTENDIT SANGVINE TEMPLVM REPLETVM, ET LEO-NIS NECEM.


C A lœua Aram maximam verſus, inter parafandas, atque membra ex marmore, in eo lapidibus auro textili ſimilibus, & varijs coloris insertis, condita, ſpatium concludit, in quo Ostium adeſt ad conclavia ducentis, a dextro facilli latere ſita. Hinc etiā ad omnes tam interhas, quam externas partes licet pergere. Super ostium nobili marmore, atque polito conflatum, loculamentum cæteris notatis ſimile comparet, & S. Ioannis Euangelista effigiem continet ex albo marmore ſtructam, egregie artem, expiſtatem. Hoc clathri ſupereminent haud defcriptis diſſimiles, qui quartum facilli chorū ornamentiſ Pueris marmoreis apparent, ex Parafadarum epiftylis, erumpentibus. Ad hæc Zophorus confequitur ex orientali calorite, quem corona comitatur accuratè confecta. Super hanc primam coronam in interfecto arcu, Virginis Aram ſupereminentem, quadratum le offert opere tectorio deaurato conſtructum, Angelis, atque ecclieſtaſicis emblematis ornatum, in cuius medio ſanctorum Ignatij, & Theophili Antiocheni Patriarcharum, effigies adhærent, cum his verbis in ſchedula tectorio deaurato conditi, imprefſis. SANCTI IGNATIVS, ET THEOPHILVS PATRIAR-CHAE ANTIOCHENI MARIAM Vide S. Hier. de Script. Eccl. &c. Euseb. in Chron. & Histor. lib. 3. cap. 16. & lib. 4. cap. 19. CONTRA HAERETICOS DE-FENDV NT.

Supra hos Arcus Cancellorum partem, videmus cum candelabris impositis. Huic

S 2 secun-

secundæ coronidi, Paraſtadarum Bases ni-
tuntur, quæ timpanum conflant, & fene-
ſtas diuidunt, atque interualla componunt,
ex quibus tertia corona conſtituitur, cui cla-
thri adhærent, velut de alijs diximus. Su-
per hanc coronidem tholus ſe attollit; in-

A cuius ſpatio Beata Virgo, Angeli, Cherubi-
ni, & quidam Apoſtoli adiunt nubibus inni-
xi, & in Cœlo ouantes. Ad tholi apicem
laternula ſe effert ijsdem ornementis, atque
inſignibus illuſtrata.



DE LE-